

von dem Ordensgeneral François Trouvé den 22. Dec. 1779 bestätigt. Unter ihm wurde am 27. Sept. 1784 Wellehrad aufgehoben; er lebte hierauf einige Zeit auf dem Schlosse zu Orzechau im Hradischer Kreis bei Buchlowitz und zog sodann nach Wischau, wo er sich das Haus des Olmützer Bischofs „am Schlosse Boglieta“ angekauft hatte, welches nach seinem Tode (13. Apr. 1800) wieder an den Bischof zurückkam. Von seiner schriftstellerischen Thätigkeit zeugen:

1. Praxis geometrica, Trigonometria et Stereometria. MS. fol.
2. Antiquitatum romanarum delineatorium. Partes Sex Collectae a Philippo Zurý abbate Well. MS. fol.
3. Miscellen zur Zeitgeschichte überhaupt und insbesondere jener von Mähren, MS. fol.
4. Historia de Wellehradio MS. (Franzensmuseum in Brünn). (Archiv. Mon. Well.)

Scholae Benedictinae

sive

De Scientiis opera Monachorum Ordinis S. Benedicti auctis, excultis, propagatis et conservatis Libri Quatuor

a Domino Odone Cambier Monacho Affigeniensis Monasterii
Ordinis ejusd. S. Benedicti.

(Continuatio ex fasc. IV. 1897, pg. 582—589.)

VII. Caput XXI. Quomodo pueri in Benedictinis Scholis instituti fuerint; factum a pietate initium.

Longius me fortean Ascetarum nostrorum studia, et exercitationes abstraxerunt; quare si diviticulum id aliquis dixerit, ab eo ad Scholas versoriam capio, in quibus puerorum educatio et institutio iam explicanda. Illud autem hic ante alia commemorandum, multum valere in omnem partem, hoc autem illo modo a pueritia prima institui, ad virtutis et doctrinae fructus capiendos, et praestantis gloriae laudem consequendam. Certè Pythagoraei, puerorum institutionem aiebant esse¹⁾ totius rei publicae fundamentum. Et Plato,²⁾ non esse divinius aliquid, de quo possit quisquam consulere, quam de liberorum institutione. Cuius fretus autoritate Aristoteles ita pronuntiat:³⁾ Homines ab ipsa statim adolescentia, ut inquit Plato, ita institutos esse oportet, ut iis

Quanti faci-
ienda sit
puerorum
institutio

1) Stobae. Serm. 41. — 2) Plat. in Theog. — 3) Arist. 2 Et hic c. 3.

gaudeant doleantque, quibus gaudere et dolere con-
venit: haec est enim educatio eruditioque rectissima.
Et alias tradit, in ea ipsa pueritiae institutione, qua teneri cerei-
que animi ad varia studia inflecti solent, non modo plurimum
momenti, imo vero totum positum esse.¹⁾

At vero sapientissimus Salomon non tantum primam
A divinis
incipienda pueritiam curandam, atque bonis studiis informandam,
verum etiam Deo consecrandam monet.²⁾ Adolescens
iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet
ab ea. In Graeco Regiorum Bibliorum est, dedica puerum,
initia, institue. In Hebraeo, Erudi puerum juxta viam
suam. Quidam vertunt: Initia puerum super os viae
suae. Ubi os viae, est initium intelligentis vitae, et principium
usus rationis. Utilitas porro et fructus laudabilis institutionis ex
eo maxime cernitur, quod eos mores, quibus puerum primum
imbutus est, nunquam aut aegrè deponet. Nam alii vulgo viri
non sunt, quam qui pueri adolescentesque fuerunt. Itaque Plato
verè sapienterque dixit,³⁾ quale cuiusque fuerit puerilis
educationis initium, talia fore etiam quae sequuntur.
Ipsam autem bonam et praeclaram educationem bonum ingenium
geniumque efficere, et naturae eos colores inducere, qui vix tolli
et deleri queant. Tantum valet, ait S. Ambrosius,⁴⁾ insti-
tutio, ut vincat naturam. Imo novam quandam veluti
naturam ingenerat, et ut Clemens Alexandrinus docet,⁵⁾ Educatio
et bona eruditio, bonas efficit naturas.

In scholis
monasticis
a pietate
initium. Quod quum doctissimos et piissimos Scholarum
Monasticarum moderatores non fugeret, omnem in recta
iuventutis institutione operam posuerunt. Curae autem
imprimis fuit, ut futurae vitae velut aureum gemmeum-
que fundamentum locarent Pietatem. Hinc seria illa gravisque
Alcuini Abbatis ad Gymnasii sui magistros admonitio: Vos
quoque sancti Patres, lumina huius fraternae con-
gregationis, doctores et ductores, in omni bonitate
iuventutis, deprecor, ut admoneatis eos, id est disci-
pulos vestros, ut studiose discant, quae Deo placent,
et ad salutem animarum pertinent suarum: quatenus
ex illorum perfectu et prosperitate, vos perpetuam
apud Dominum habeatis mercedem. Exhortamini
illos sobrie, caste, pudice, omni cum humilitate et
obedientia Deo servire in bonis moribus, et sancta
conversatione et religiosa castitate.⁶⁾

Alcuini
exemplum Et sane non aliter docuit sanctus Abbas, quam
fecit. Quod ipsi pueri cum eo disserentes, ipsumque

1) Idem l. 2 c. 1. — 2) Prov. 22. — 3) Plat. l. 4. de rep. — 4) S. Ambr.
l. 2. de Abel. c. 1. — 5) Clem. l. 1. Strom. — 6) Alcuin. Epist. 110.

alloquentes, ita prodidere:¹⁾ Non solum liberalium studiorum itinere ducere nosti, sed etiam meliore Sophiae via, quae ad vitam ducit aeternam. Quum vero in ea erudiri rogarent Philosophia, quae nunquam deserit possedentem, hoc est, in sapientia; mox exposuit finem ob quem solum expeti possit, qualesque in suam disciplinam admitteret auditores, dicens: Est equidem facile viam vobis demonstrare sapientiae, si eam tantummodo propter Deum, propter puritatem animae, propter veritatem cognoscendam etiam, et propter se ipsam diligatis, et non propter humanam laudem, vel honores seculi, vel etiam divitiarum fallaces voluptates. Hauserat haec aliaque saluberrima praecepta in Scholis S. Egberti Episcopi Benedictini, et Venerabilis Bedae discipuli, de quo Praesule sic author vitae B. Alcuini, quae eius operibus praefixa legitur: Erat ei grex ex nobilium filiis Scholasticorum, quorum quidam artis Grammaticae rudimentis, alii disciplinis erudiebantur artium, ceteri iam liberalium, nonnulli divinarum Scripturarum post istas manibus confricatas Patris, pectus in suum hordeaceas quinās, triticeasque septenas traiciebant una gemino cum pisce spicas. Omnes vero fide, spe, charitate, humilitate, ieiuniis, castitate, obedientia, et circa Ecclesiae officia devotissima aequae et honestissima cura, omni cum circumspectione imbuebantur.

Age vero dispiciamus quibusnam modis pietatem didascali in discipulos transfuderint, effecerintque ut rectum ad virtutem iter illi per omnem vitam tenerent.

De pietatis
edocendae
ratione.

Pauca quidem de his apud rerum nostrarum scriptores legas, quod ne per somnium forte cogitarint, olim ea requirenda, et e tenebris eruta in pretio futura apud posteros. Delibabo tamen illa quae in vita B. Alcuini Abbatis à vetustissimo Monacho anonymo conscripta, et aliis observavi. Cum quibus si leges et usum qui in Benedictinis hodieque est Gymnasiis, comparare velimus, magnum profecto ab iis robur accipiet, neque erit necessum, aliis, qui patrum memoria Juventuti scholas aperuere, hos ritus acceptos referre. Mos hodie obtinet, ut pueri ante meridianis horis finita lectione, ad sacrosanctum Missae sacrificium a Magistris duantur: at S. Egbertus noster scholae Monasticae in Anglia praefectus, qui abhinc nongentis fere annis claruit, quum usque ad horam quasi sextam, saepissime et nonam docuisset, inde surgens, inquit auctor vitae B. Alcuini, secretissimamque ad orationem confugiens, holocausta medullata cum incenso arietum offerens prius Domino, ac post iuxta exemplum beati Job, ne

¹⁾ Idem iu Grammat.

forte filii eius in benedictionis maledictionis labe-
rentur foveam, sanctificabat eos, offerens corpus
Christi et sanguinem pro omnibus. Ita ibi.¹⁾

Floriacensis
sium
consue-
tudines

Habent quoque veteres Floriacensis Coenobii consue-
tudines, pueros qui istic literas discabant, saepius
convenisse in Ecclesiam, et consequenter rem divinam
audivisse. Neque in processionibus publicis eorum ordo
neglectus, ita enim in feriis rogationum praescribitur:²⁾ Istos sub-
sequatur scola cum Magistris, dein Conventus. In Ascensione
domini: post illos pueri cum Magistris. Jubentur et adolescentuli
ex scholarum legibus, statis diebus animi noxas Presbytero aperire,
indeque sanctam Communionem sumere. Verum iam olim B.
Alcuinus Epistolam prolixam et eruditam scripsit ad pueros
S. Martini de confessione peccatorum, qua quum multis necessitatem
Confessionis et emolumentum probasset, ad ultimum ita praeceptores
sui Gymnasii alloquitur: Et vos sanctissimi huius familiae
Magistri, et Patres, docete filios vestros pie, sobrie
et caste vivere coram Deo in omni humilitate,
obedientia et sanctitate, et puram facere sacerdo-
tibus Christi Confessionem peccatorum suorum, et
Poenitentiae lacrymis ablueri sordes luxuriae carnis,
nec eas iterum repetere; quia posteriora vulnera
peiora sunt prioribus. Nec dubium est, quin eadem opera
ad sacram Synaxim admissi fuerunt. Certe id in Consuetudinibus
Coenobii Floriacensis diserte exprimitur:³⁾ Ad Missam matuti-
nalem debent pueri communicari, et ceteri qui
voluerint.

Lectio ad
mensam

Usus etiam habet, ut pueris convictoribus adsideant
Magistri, et refectionis tempore lectio instituatur. Prae-
ivit S. Egbertus, de quo memoratus auctor vitae B.
Alcuini, ista apposite refert: Vespertina propinquante hora,
praeter Quadragesimam maxime, omni tempore tam
aestatis quam hiemis, parcum cum suis, digne tamen
praeparatum sumebat cibum; linguae non parens
lectoris, utroque ut reficerentur pane.

Exhorta-
tiones ad
virtutem

Non defuisse pias et ferventes ad virtutis studium
exhortationes, argumento sunt Venerabilis Bedae, Alcuini,
Rhabani, aliorumque praecepta et monita tam voce viva,
quam scripto discipulis tradita.

Preces
vespertinae

Iam vero si quis preces vespertinas desideret,
eas quoque a nostris scholasticis usurpatas inveniet. Nam
scribit anonymus qui supra, Sanctum Egbertum Com-
pletorium cum suis omnibus celebrasse. Subiicit his piissimum

1) Cap. 2. — 2) Ibid. — 3) Ibid.

ritum. Quo celebrato, nempe Completorio, nullus discipulorum ipsius sine eius Benedictione capiti suo data, ullo unquam tempore membra audebat Committere stratui. Benedictionem hanc impresso sanctae Crucis signo factam, in liquido est. Fuit haec non tantum Monachis, sed et veteribus Christianis usitata consuetudo, quam Prudentius ita praescribit:

Fac, cum vocante somno
Castum petis cubile,
Frontem locumque cordis
Crucis signet figura.
Crux pellit omne malum:
Fugiunt Crucem tenebrae.
Tali dicata signo
Mens fluctuare nescit.

Qui versus ita Germanicae iuventuti a Maioribus, ut coniectare est. traditi, etiam nunc inhaerent, ut quotannis a studiosis sacro quadragesimae tempore per oppida, vicos, pagosque decantentur, quibus coloni eius ritus gnari, nummos, ovaque larga manu praebere dicuntur.

Verum ut exemplum aliquod virtutis puerorum, qui a Benedictinis paedagogis instituebantur, his subiciam, memoria dignum est, quod de Monasterii S. Galli infantibus iunior Ekkehardus prodidit. Venerat ad praedictum locum Conradus, rex, quumque infantibus poma in medio ecclesiae pavimento antesterni iussisset, nec unum parvissimorum moveri, nec ad ea attendere vidisset, miratus est disciplinam.... Infantulis deinde per ordinem lectitantibus et analogio descendentibus aureos in ora ad se elevatis misit, quorum unus pusillior quum clauditans, aurum expueret; Iste, inquit, si vixerit, bonus quandoque Monachus erit. Haec ibi. Ex quibus solis, ut alia deessent, puerilis continentiae argumentum sumi queat. Ita scilicet teneris puerorum mentibus virtutum et doctrinae semina Monachi instillabant, quae paulatim aetate, et usu rerum pullulasse ac maturuisse, et semel infixam in omnem usque vitam inhaesisse, dubium non est.

Hem, quam dissimilis hodie iuventutis studiosae mores! Credis oblatum aurum reiecturos, qui missum a parentibus una nocte in popinis conviviis, tripudii, baccho, ventri, aleaeque dediti decoquunt? Neque hoc satis, nisi et nomen in singulis prope cauponis, conflato aere alieno appingendum curent. Videas eorum nonnullos ocreis, et calcaribus, ut Martis an Veneris pullos, fractis gressibus incedentes, vel ad pocula, et calices velut signo dato convenire vel per plateas stentorea vociferatione, et intempestivis armorum

Pueri in
S. Galli

Iacente
pietate,
invalescit
morum
licentia.

grassationibus, lymphatorum instar bacchari et discurrere. Hoc scilicet potest effraenis illa morum licentia, et extrema malorum impietas, quae ubi dominari coepit, et levato quasi velo, fractisque pudoris omnis, ac honesti repagulis, ferream semel frontem induit, nulla amplius ratione compesci potest, aut sufflaminari, sed Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

(Continuatio in fase. seq.)

Wissenschaftliche und künstlerische Strebsamkeit im St. Magnusstifte zu Füssen.

Von Dr. Dav. Leistle, Rector und ord. Professor der Theologie am k. Lyceum in Dillingen.

(Schluss zu H. IV. 1897, S. 589—598.)

§ 25.

„Wer eine Geschichte Deutschlands schreibt, muss die Geschichte seiner Klöster schreiben.“ Dieser von dem grossen Historiker Böhmer ausgesprochene Satz birgt eine grosse Wahrheit in sich. Die Culturgeschichte Deutschlands im Mittelalter ist von der Geschichte der Klöster untrennbar. Die Culturbedeutung der Klöster ist auf drei Gebieten zu suchen: zunächst brachten sie die wirtschaftlichen Zustände auf eine höhere Stufe, sie wirkten ferner mildernd und zähmend auf die Sitten, endlich waren sie Lichtpunkte der Wissenschaft und Bildung.¹⁾ Auch das altehrwürdige St. Magnusstift hat seine culturelle Mission erfasst und ihr gerecht zu werden gesucht. Nachdem es mehr denn tausend Jahre lang eine Pflanzstätte der Religion und Wissenschaft, des Unterrichtes in verschiedenen Zweigen und der Landes-cultur, ein Feuerherd, von welchem aus die Strahlen der Gottes- und Nächstenliebe in die Menschenherzen hineinleuchteten, und ein sicherer Zufluchtsort für unzählige Arme und Bedrängte gewesen, ist es in unheilvollem Zeitensturme den staatlichen Umwälzungen und der Politik zum Opfer gefallen. Das traurige Schicksal anderer tausendjähriger Culturstätten, deren geheiligte Räume in Kasernen, Irrenhäuser, Zuchthäuser, Bierbrauereien u. dgl. umgewandelt wurden, theilte allerdings St. Mang nicht. Die friedlichen Zellen, in denen einstens vortreffliche Männer ein der Wissenschaft, dem Gebete und der Arbeit für das leibliche und geistige Wohl der Nebenmenschen geweihtes Leben verbrachten, bewohnen jetzt die Erben und Nachkommen des Friedrich Freiherrn von Ponickau, in dessen Besitz St. Mang durch Kauf übergegangen war. Mag auch einmal der majestätische Bau in

¹⁾ Vgl. Grupp, Culturgeschichte des Mittelalters. Stuttgart 1894. — Nickel, Allgemeine Culturgeschichte. Paderborn 1895.